



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De iusto ac metuendo dei iudicio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

D. DIONY. CARTH V.

¶ anima grata deo , tantumque benefactorem  
contemplate & dilige: & omne bonum, omnem  
gratiam, omneque meritum ei semper ascribe:  
ne per ingratitudinem donis eius fias indigna:  
quoniam ab eo omnis boni exordium est, con-  
tinatio, atque perfectio. Si humanae beneficentie  
immemorem atque ingratum existere, non so-  
lum inhumanum, sed & plus quam bestiale cen-  
setur. Quum & canis & leo proprium nutritio-  
rem adiutoremque diligunt. Quanto magis diu-  
nis beneficijs: que in seipsis comparabilia sunt at-  
que dignissima, & maximam gratitudinem pro-  
pter dignationem dantis requirunt: ingratum fo-  
re itemque immemorem, iniurissimum, impunis-  
sumque consistit. Nūquam ergo o anima a me-  
moria tua excidat diuinorum contemplatio be-  
neficiorum: sed ex eorum intentissima pondera-  
tione, ad dei tui amorem feruentem te semper el-  
gere incitareque stude. Habenti namque, id est,  
grato, dabitur & abundabit. Ei vero qui nō ha-  
bet, id est, ingrato, & quod videtur habere, auf-  
getur ab eo.

De iusto ac metuendo dei iudicio.

Art. XIII.

Fe. quar-  
ta medi-  
tandum.

Job. 14



IL horribilis cogitari valet, q̄ di-  
strictum ill̄ nouissimum iudicium  
dei. Si enim ipsum non esset inferno  
poenarius, non utique orasset sc̄nus  
propheta, Quis mihi tribuat ut in  
inferno protegas & abscondas me,  
donec pertranseat furor tuus. Ideoq̄ iudicij illius  
Hieronymus qualecumq; praembulum expertus sanctus Hie-  
ronymus, ait, Siue comedo, siue hibo, siue dormio,  
siue vigilo, seu aliud aliquid agero: semper inde

Dat auribus mentis meæ illius horribilis tubæ so-  
 nitus, Surgite mortui, venite ad iudicium. Nūc er-  
 go o p̄chaūssime frater recolligamus paulisper  
 animam nostrā, & sollicito corde describamus in-  
 terioribus oculis nostris, extremi illius iudicij mo-  
 dum atque horrorem. Intueamur oculo fidei ve-  
 nientem cœlestem iudicem, cum milibus angelo-  
 rum ac hominum, cumq; omni militia supernie exer-  
 citus, in nubibus cœli, super valle Iosaphat. Pen-  
 semus quorū in momento, in ictu oculi uniuersos  
 resurgere, & ad dei iudicium aduenire. Tūc sta-  
 būt iusti in magna constantia, aduersus eos qui  
 se angustiauerunt, eruntq; electi eleuati a terra,  
 stātes in aere: impij ȳe ac reprobi iacebūt in ter-  
 ra quā dilexerunt, plumbo grauiores, durioresq;  
 ferro. Eruntq; tunc cum iudice securi, qui mō nō  
 sunt securi: & rursus tunc pauebunt, qui mō me-  
 tuere nolunt. O horrendæ & inex cogitabiles tēc  
 reproborū angustiæ. Videbunt em vndicq;, & ec-  
 ce super eos iratus, districtus, inflexibilis iudex:  
 infra eos horridum inferni chaos, a pertum & pa-  
 tens. In circuitu ardēs mundus, & ignita elemen-  
 ta peccatores inflamantia: intus conscientia vr̄es,  
 atq; hinc inde dæmonum turba accusans. Si tūc  
 justus vix saluabitur, peccator & impius ubi te 1. Pet. 4.  
 manebit? O peccatoris confusio. Tunc nēpe re-  
 proborum vniuersa peccata atque arcana, omni-  
 bus ac singulis, tam angelis q; hominibus eluce-  
 scēnt: quatenus oēs iustissimum dei iudicium eē in-  
 telligant. In hora illa videntes iniqui sortem iu-  
 storū turbabunt timore horibili, et prælargustia  
 spūs gemētes dicent, Nos insensati vitā illoq; esti Sap. 5.  
 mabamus insaniam. Faciē suā ab ira vultus iu-  
 dicis quārent auertere, & non poterunt: dicent  
 b. iij monti

1. Cor. 15.

Sapient. 5.

Augusti.

1. Pet. 4.

Sap. 5.

D. DION. CART.

Luc. 23. montibus, cadite super nos : & collibus, operite  
nos: nec tamen latere valebunt. Tunc videbunt  
Ioannis 19 impij in quem transfixerunt, & ingratius qui  
pro ipsis transfixus est, quem ipsi spreuerunt.

Tunc computabuntur ac præmia buntur mali  
**L** Christiani cum his, qui Christum pupugerunt et  
occiderunt. Sed precor te o adorande Christi,  
o Iesu dulcissime, non inueniamur ego & dile-  
ctus meus cui haec scribo, in die illo in infelici-  
mo eorum catalogo, qui te sacrilegis ac sceleris-  
tissimis manibus suspendentes peremebunt: quod  
& pro omnibus rogo, pro quibus te oro, orare  
habeo. Denique nullum tunc malum, nec indis-  
cretum.

Matth. 12 cussum, nec in inultum transibit. De omni cogi-  
tatione iniqua, de omni verbo otioso, de omni  
opere malo, de omni tempore iam concessio, ut  
exigetur iustissima & efficax ratio. Tunc dicet  
iudex (Matthæi vigesimo quinto) ihs, qui ad fini-  
stram sunt: Ite maledicti in ignem æternum. Et  
ecce mox aperiens terra os suum deglutiet impi-  
os, inuoluetq; eos ignis, quo elementa ardebunt:

**O**pcto te, in æterna eos tormenta intrudet. Ipsi autem  
infelicissimi in profunda gehennæ ruentibus, ascendent ele-  
num ex eti in alta polorum: reprobis id ipsum videnti-  
bus, & ad ampliorem suæ miserizæ calamitatem

nunquam obliuiscenibus. Ut igitur intolerabi-  
lem hanc euadamus miseriam, atque inexcep-  
tabilem confusionem, horrorem atque anguli-  
am: timeamus modo, & confiteamur sincere  
cum multa erubescientia peccata nostra: nec ab-  
scondamus iam a C H R I S T I vicario, quod  
tunc latere optamus in extremo iudicio. Est au-  
tem & aliud singulare yniuersiisque morientiis  
iudicium,

judicium, non minus isto singulis præmeditadū ac metuendum, dum videlicet anima a corpore exiens, ad Christi repente tribunal protrahitur: illicque astantibus et accusantibus malignis spiritibus iudicatur.

De poenis inferni. Art. XIII

 **V**erum admodū inenarrabilis est beatitudine sanctorum in cœlo: sic profusa ineffabilis est miseria reproborum in inferno. Quid ergo de ineffabili fari presumo? Sed ad incitandum timorem, paulisper balbutiendo lo-

quid desidero. Est enim in inferno in primis animarum ac dæmonum, inconuertibilis auersio mentis a deo, cui correspondet poena damnationis: scilicet carentia visionis diuinæ, quæ est summa infelicitas. Et quoniam in mortali peccato descendunt vel recesserunt, perseverat in eis inauertibilis conuersio ad bonum creatum, atq; caducum in quo sibi finem statuerunt, & plus quam summum bonum dilexerunt: & hoc est eis æternus cruciatus, q; tali bono frui nequeunt, neq; in ipsius illicito usu delitiari, sicut optauerant posse. Itaque æternaliter obstinati manent in malo: nec deum diligunt, sed odiunt atque blasphemant. Quoniam ergo in peccato mortali propter contemptum immensi dei, est infinita enormitas, est in inferno interminabilis poena: & quia reprobis illi miserrimi sunt vasa iræ, in quibus rigor atque seueritas diuinæ iusticie ostenduntur ac patent: ideo secundum magnitudinem diuinæ æquitatis, iuste torquentur: et cum sint deo odibiles, sempiternæ obliuioni traduntur, nec unquam miserabitur eorum creator. Vnde cū poena

Feria quinta  
meditadū.

Sap. 14

b v ignis